Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8204
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



DE ORTIBVS ET OCCASIBVS POETICIS.

Vsitatum est Poëtis præcipuè uetustissimis, quorum tempore nondum fuerunt Calendaria, tempora anni notare per ortus et occasus insignium stellarum.

Quot fuerunt ortus stellarum apud Poëtas, et quibus de causa his nominibus appellantur?

Tres, qui sic appellantur: Ortus Cosmicus, Acronychus, et Heliacus.

Quot fuerunt occasus stellarum apud Poëtas?

Itidem tres: Occasus Cosmicus, Acronychus, et Heliacus.

Quid est ortus Cosmicus?

Cosmicus ortus est, quando sydus aliquod mane oritur sub ortum solis.

Quando fit ortus Cosmicus?

Mane fit.

Quid est occasus Cosmicus?

Est, quando sydus aliquod, mane, oriente sole, in parte cæli occidentali occidit